



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 26. S. Linus, & S. Clemens, Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

occurrunt sub Nerone Principe, præter eos, quos confecto incendii crimine fustulit. Illud vero indubitatum, Edicta contra Religionem Christianam publicari iussisse, quod, tantam hominum multitudinem ommissio Deorum cultu ad Christianorum castra transire, impatienter ferret. In Hispania sequentem inscriptionem aliquibi inventam ferunt: Claudio Neroni Cafari Augusto Summo Pontifici ob purgatam latronibus Provinciam, iisque, qui in Genus humanum novam superstitionem inferebant.

Sæculum I.
A. C. 67.

Sulp. Sever.
l. 2. Oros.
l. VII. c. 5.

§. XXVI.

S. Linus. S. Clemens. Papæ.

Apostoli fundatam a se & ædificatam Ecclesiam Romanam S. Lino regendam tradiderunt, eidem cujus S. Paulus ad Timotheum meminit. S. Lino successit S. Clemens, aut S. Cletus, alio nomine Anacletus. Hos tres primos fuisse Romanos Episcopos constat, de ordine, & quot quisque annis sederit, non ita liquet. Duodecim anni tribuuntur S. Lino, cum magis ad veritatem accedere videatur, eum non pluribus, quam uno, aut duobus annis Apostolis fuisse superstitem, ex quo sequeretur, fuisse ab Apostolis Episcopum Romæ constitutum, quam potestate subordinata regeret, sicut in aliis Ecclesiis fieri

S. Linus.
S. Clemens.

Iren. III. c. 3.
Epiph. hæc.
XXVII. n.
Eus. III. hist.
c. 2. & Cn.
an. 69.
2. Tim. IV.

Sæculum I. fieri solitum. S. Clemens idem est, de
 A. C. 67. quo S. Paulus ad Philipenses. Is vide-
 rat Apostolos, & convixerat, eorumque
 Phil. 4. 3. præcepta, & exempla ante oculos semper
 retinuit. Ipso ad clavum sedente magnum
 in Ecclesia Corinthiorum schisma exor-
 tum; Laicis quibusdam in Presbyteros
 insurgentibus, quidam ab officio depositi,
 quamvis eorum vitæ ratio esset inculpa-
 bilis; Hinc afflicta Corinthiorum Eccle-
 sia ad Romanam scripsit, quasdam qua-
 stiones proponens; at non ita prompte
 Roma responderi potuit ob ingentes per-
 turbationes, quibus post Neronis mortem
 totum Imperium concussum est.

§. XXVII.

Bellum sub Vespasiano.

An. 67. Interim in Judæa bellum fervebat. Ve-
 spasianus, quem Nero bello præfecerat,
 Jos. III. ad initium anni sexagesimi septimi Antio-
 Bell. c. 3. chiam perveniens, Regem Agrippam cum
 copiis suis se expectantem invenit. In-
 de movit Ptolemaidem, ubi habitatori-
 bus Sephoris Galilææ in fidem receptis,
 urbi eorum præsidium imponit. Titus,
 qui iter per Alexandriam instituerat, Pto-
 lemaide ad Patrem venit, duas ex Ægy-
 pto legiones adducens; cumque ibi o-
 mnis Romanorum exercitus confluxisset,
 equitatum, peditatumque sexaginta vi-
 rorum